

Ex M^o Arc. St. Aug. Regis.

Laurentio Goslicki Episcopo Posnaniensi,
Sigismundus III Rex Poloniae.

206

Reverende in Christo Pater, libenter assentimur & v^o p^o
testatemur eidem facimus, ut ad vivendum sibi populo in
Coadiutorem cum futura successione Episcopatus Posnaniensis
Venerabilem Andream de Brin Opalensem, ratamque et
gratiam habituri sumus eam Coadiutorie constitutione
cum facta constitutaque fuerit a Paternitate Vestra. Cupi-
mus enim et Episcopatus illius utilitati et commoditati
S. V. cui ob diuturna et multa preclara benigne fave-
mus, quam optime esse consultum. Quod dudum etiam specta-
vimus, spectate virtute, industrie, pietate, pietatisq^{ue} erga nos
et Rem: mentis commemorati Venerabilis Andreas de Brin
Opalensis. Quare dedimus ex nomine literas ad Vene-
rabile Capitulum Posnaniense, ut suum quoque suffragium
nostre voluntati accommodaret. Que cum rite ante con-
stitutaque fuerint, ea sanctissimo Domino nostro pro insti-
tuto veteri commendabimus, et ut Apostolice autori-
tate rata firmaque habeat Diligenter petemus, Cupimus
eamdem Paternitatem Vestram bene et feliciter valere.

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.